

## Die Urkunden Lothars II., 5

(C.) In nomine omnipotentis dei et salvatoris nostri Iesu Christi. Hlotharius divina  
praeveniente clementia rex. Satis congruit ex excellentiae regiae celsitudinis, ut procerum  
suorum petitionibus eo libentius faveat, [quo eos in suis promptius] atque ferventius  
prospicit decertare utilitatibus. Quapropter omnium fidelium sanctae dei eccliae ac  
nostrorum praesentium videlicet et futurorum magnitudo comperiat, quia Adalardus et  
Matfridus dilectissimi et illustrissimi comites petierunt nostri culminis excellentiam, ut  
cuidam fideli nostro, vassallo scilicet praefati Matfridi, nomine Otberto res quasdam  
proprietatis nostraræ ex suo beneficio ad proprium concederemus ac per praeceptum nostrum  
confirmaremus, hoc est in comitatu Tulpiacensi et Bunnensi in villa nuncupante  
Bullengesheim curtem et terram dominicatam cum capella et alios mansos quattuor, nec  
non et in alio loco qui dicitur Strazfelt curtem et terram dominicatam cum capella inter  
Casnec et Dreisa et Sursa et Essingoua et in ipso Strazfelt, in istis iam supra dictis locis  
alios mansos VII et in villa qui dicitur Giuualdesdorf curtem et terram dominicatam et alios  
mansos II, et in villa qui dicitur Piscenheim curtem et terram dominicatam, et inter duos  
Piscenheim et Gisonhoua super fluvium Ara et Regamaga et Coruuingoua et Bergo et alios  
mansos quatuor et bunuarium unum ac de vinea aripennos sex. In istis supra iam nominatis  
locis habet curtes et terras dominicatas quatuor et capellas II et alios mansos XVII et ad  
unumquemque mansum bonarios XXX. Quorum petitionibus ob eorum sincerissimam  
unanimitatem nostrum praebentes assensum hos eminentiae nostraræ apices fieri  
decrevimus, per quos memorato Otberto in prae scriptis comitatibus atque prae nominatis  
locis iam supra dictas terras dominicatas IIII et capellas II et alios mansos XVII et  
bunuarium unum ac de vinea aripennos VI et ad unumquemque mansum bonarios XXX  
cum omnibus ad eos pertinentibus, terris scilicet cultis et incultis vineis silvis pratis pascuis  
aquis aquarumve decursibus molendinis exitibus et regressibus nec non et mancipia  
utriusque sexus ibidem pertinentia nec non et bifangum qui vocatur Abuchescheit et  
Astamascheit qui aspicit ad Ottenheim et ista mancipia ibidem pertinentia, quorum nomina  
haec sunt: Inga, Gerbirg, Adalsuit, Fastrat, Baldrat, Trutlint, Thiotgart, Ratburg, Aluoar,  
Erchendrut, Engilburg, Ildigart; ex beneficio Ingilmari mancipientias duas, nomina eorum:  
Ottrut et Uuilligart. Et istas supra nominatas mancipientias cum infantibus eorum ad proprium  
tribuimus et de iuræ nostro in ius ac dominationem ipsius perenniter mansurum  
transfundimus, quatinus potissimum deinceps ex eisdem rebus vel mancipientiis per hanc  
nostram auctoratem habeat potestatem faciendi quicquid elegerit vel voluerit, remota  
cuiuslibet inquietudine vel contrarietate, ita dumtaxat, ut in nostra permanens fidelitate. Et  
ut haec nostraræ largitionis auctoritas inviolabilem obtineat firmitatem, manu propria subter  
firmavimus et anuli nostri impressione signari iussimus. Signum Hlotharii gloriosi regis.  
Ercamboldus regiae dignitatis notarius recognovit. Data IIII kl. iul. anno Christo propitio  
domni Hlotharii gloriosi regis I, inductione IIII; actum Neomaga palatio regio; in dei  
nomine feliciter amen.